

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis
Farrago**

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

D.Guilhelmo Reiffenstein S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

quas unice semper amavi: poetices uidelicet, quam
 utinam iuuentus Germanica pergeret excolere. De-
 inde quanta morum sanctissimorum gratia, quan-
 ta suauitate optimis te quibusq; approbas? Ergo mi
 Christophore, quod facis, facito: nec dubita quin
 cœlestibus curæ sis. Audio te *ya uoio ou*. Quid hic a-
 liud optem, quam ut fauceat incepto Christus? Du-
 rum uita genus, si sacris literis parum confirmatus
 sit animus. Quanquã ex literis quas ad N. scripse-
 ras, facile mihi fuerit diuinare, non sine numine dõ
 uium rem à te susceptam. Si qua in re nos unquam tibi
 usui esse poterimus, præstabitimus quod amicos
 decet. Bene uale.

D. Guilhelmo Reiffenstein S. D.

Rogauit me frater uxoris meæ, ut se tibi com-
 mendarem. Cupit enim uti tua opera, tuoq; officio
 isthic, in emendo parno. Ego inuitus onero te: hoc
 tantum te rogo, ut quantum absq; tuo commodo face-
 re poteris, illum iuues. Hanc totã rem exponet frã-
 ter meus Ioannes, copiosius. Nos adhuc tenæ hæ-
 remus: & impediunt tempestates, quò minus in Sa-
 xoniam redeamus: quæ ubi primum erũt mitiores,
 accingam me ad iter. Vale feliciter.

Adolescenti studiosissimo Ioanni
 Reiffenstein S. D.

Dei beneficio heri in Salinas salui peruenimus,
 sed